

Archives d'Anjou. Recueil de documents et mémoires inédits sur cette province publié sous les auspices du Conseil général de Maine et Loire, Cartae de Camilliaco, Nr. 1

Notum sit posteris nostris, scilicet habitatoribus hujus loci Sancti Petri cellae Camiliacensis, quod Balduinus filius Almeri et frater ejus Aimericus dederunt Deo et Sancto Petro Camiliacensi totam decimam quam habebat mater eorum in dominio suo antequam moreretur, et eidem sancto jam dederat apud Plausiciacum Andreeae filii Mainardi et in curte Sancti Georgii... Hoc audierunt hi loco testium: Petrus dominus Camiliaci, Gauganus filius ejus, Aimericus de Perulio, filius ejus Gaufridus... Morinus de Mallevrario. Postea, postulante Balduino ut memoria fieret in ecclesia... de patre suo Almero et de matre sua Hildegarde..., concessimus in capitulo nostro. Huic dono super addiderunt supradicti fratres Bauduinus et Haimericus decimam terrae Marsiriae quam Simon de Spineto possidebat... Herveus sacrista, dedit Bauduino militi tres solidos ad caligas atque Haimerico, fratri ipsius, ad solutares sibi comparandos.